

Erfordert es die Pflicht und meine Schuldigkeit/  
Die ich Herr Vater Euch/ zu leisten bin bereit/  
Wenn andre Keyme bringn/ mus ich nicht aussenblei-  
ben/

Dem auch mein Kinder Wunsch wird hoffentlich be-  
fleiben/

Nehmt willig was ich Euch Herr Vater lasse vor/  
Der Gott der uns regiert/und auch der Engel Chor.  
Und was die Welt mehr hat/der lasse das gelingen/  
Was ich an statt des Bands anjeko werde bringen:  
Lebt mir zu gut und auch den beyden Schwesterlein/  
Gar eine lange Zeit/ nebenst dem Mütterlein/  
Gott giesse über Euch die Gnad und seinen Segen/  
Vom hohen Himmels Thron/ so häufig als den Regen/  
Und wenn Ihr lebens satt/ geb Euch nach dieser  
Zeit/

Herr Vater, droben die gewünschte Seeligkeit.

Godtfriedt Weiß/  
von Thorn.



## Genethliacum

Quod

*PLURIMUM REVERENDO, CLA-  
RISSIMO, VIRO  
DOMINO,*

**DNO. SIMONI VVEISSIO,**  
**Ecclesiastæ Fidelissimo, Fau-**  
**tori æviternum colendo**

**NATALEM SUUM**

Die 28. Octob. Anno M. DC. LXII.  
Celebranti

Honoris & debitæ Observantiæ ergo  
Concinnarunt & decantarunt.  
Commensales.



**THORUNII,**

Excudebat Michaël Karnall.

Nam venit & vultum ternis ostendit honestum,  
Simonides Phœbus, Simonidesq̄ve dies  
Hæc magni, hæc summi lux est, hæc alma Patroni  
Hinc penetrat cordis viscera blanda mei  
Hæc lux grata mihi est, hinc gratos poscit amores  
Et vocat in voti debita sacra pii  
Accipe quas fundo indocili jam gutture voces  
Nec sperne exiguæ carmina mentis opus  
O Deus, alme Deus, nos summo respice Olympo  
Atq̄ve dies renova jam renovante die  
Respice Placato favitorem semper amore  
Et serva in columem tempora in longa VIRVM  
Ædibus atq̄ve suis vigiles adpone cohortes  
Ætheris ut pellant hostica tela procul  
Floreat usq̄ve domus saturataq̄ve rore beato  
Imbuat immensi fœnora larga poli  
Ac tandem vitæ satur, & benè munere functus  
Cœlestes subeas post pia fata domos  
Sic precor, & mecum sic mens bona quæq̄; precatur  
Audiat ille sua qui valet aure preces.

Franciscus Eske,  
Thorun. Borussus.

---

W Eil ihr durch Gottes Schutz den Nahmens Tag  
erlebet  
Und abermahl uns Euch zu binden ursach gebet:  
Erfor=

Quod cupis esse procul, procul hinc cogatur abire  
Quæ propè sint optas, adeant tua tecta frequenter,  
Vive, Valeq̃ve diu, chara cum conjugè Vive  
Et cum pignoribus natalem transige lætus.  
Ac tibi ne defint, vitæ quæ postulat usus  
Opto tibi Cererem, quæ compleat horrea granis  
Opto tibi liquidum, quæ spumant pocula Bacchum  
Opto tibi crescat, Pietas, Concordia, Virtus  
Floreat, & miseris surgant solatia musis.

Henricus Wedemejer,  
Thorn. Borussus.

**C**ulmina quid resonant Parnassi celsa bicornis  
Et ciet æthereum læta Thalia melos  
Ipse super viridi decoratus tempora lauru  
Clarus Apollo, canit dulcia plectra movens  
Ducit & Aonios lætantes ordine pulchro,  
Gaudentesq̃ve choros atq̃ve Deas charites  
Ominis est certè læti quod nube repullâ  
Lætius exulteret turba sacrata DEO  
Numquid & ipse novos, in pectore sentio motus  
Et vegetat blandus membra serena vigor?  
Difficile est sensus simulatâ abscondere mente  
Et teneros ægre vox premit alma animos

Nam



**I**lla dies rediit, quâ conjuga Juno sub auras  
Vitales, Fautor te venerande dedit.  
Quæ tibi nomen habere dedit, lux illa refulsit,  
Quâ decet ex animo solvere vota DEO  
Illius quod adhuc mansisti muneris hospes,  
Natalemq̃ve vides sospes adesse tuum.  
Lætor ovans, totoq̃ve lubens, tibi pectore grata  
Adprecor & vitæ prospera quæq̃ve tuæ.  
Prospera quæ Pili maneant te Regis in annos  
Lædere quæ nunquam fors male sana queat.  
Non dolor aut sortis rabies ea gaudia turbet  
Quæ tibi lux retulit nomine digna, tuo.  
Sit lux ista tibi jucunda, & mensibus anni  
Completis, solitum læta recurat iter.  
Læta recurat iter, Piliū celebranda per ævum  
Prosperior semper candidiorq̃ve dies.  
Læta fluat rebus, redeatq̃ve referta secundis  
Ista fluat foelix & sine fece dies  
Læta fluat, jucunda fluat, foelixq̃ve recurat,  
Uberiora ferens, commoda semper eat.  
Vive diu, Post fata tui sit fama superstes,  
Nomins æternum vivida, vive diu.  
Vive diu foelix, divina faventia donis  
Te beet æternis, Vive, Valeq̃ve diu.

CASPARUS BAUER,  
Zdun. Polonus.

Jure dies niveo venit ista notanda lapillo,  
 Phœbus ab, Eoiis hodie, quam protulit oris  
 Meonii jure est, celebranda Melismate Vatis  
 Andini senis est merito decoranda coturno,  
 Alite nam dextro NATALIA FESTA reducit.  
 Natales iterat, festas remoratque calendas  
 Egregia virtute VIRI, cui Christus Abollam  
 Contulit, & totum sese quasi tradidit illi:  
 Propitiante DEO Peithus quem gratia mundo  
 Donavit patrio, divinos inter honores  
 Induit atque sui jussit decus, esse senatus  
 Aptavitque suam merito de jure Tiaram,  
 Sacra quoniam geminata volumina libri  
 Non segni trivit dextra, docilique cathedra  
 Atque laboratis vigilato sidere libris  
 Invidia patrium plorante effudit in orbem.  
 Ergo DEVS patrias illi commisit habenas  
 Eximias obopes, præclaraque munera mentis,  
 Hacenus optato, quas & moderamine rexit.  
 Et regit optato, patriam mirante corona:  
 Scilicet est illi facundæ gratia lingvæ  
 Fixit in illius Peitho sibi gutture sedem  
 Quis tanta virtute viri Genialia nolit  
 Festa sacris celebrare modis? Quis magmine laudum

Non

Non illum maciare velit? Quis carminis arte?  
 Quis neget Aoniis illum decorare camenis,  
 Viderunt olim quos secula vetusta Dynastæ  
 Orchestræque VIRI natalia sacra solebant  
 Lætificis celebrare modis tunc omnis ad ipsos  
 Extremos mœror, procul, o procul iverat Indos  
 Omnia tunc sonitu resonabant atria læto.  
 Quin etiam lætis resonabant omnia verbis  
 Massica libabant veteris Carchesia Bacchi  
 Natalemque diem, tunc lætius ire jubebant:  
 Fecit id Augustus, Romani gloria mundi,  
 Fecit Ahasverus Regum ditissimus olim  
 Fecit idem Phariis olim Regnator in oris,  
 Josepho monstrante viam moderaminis æqui.  
 Docte VIR istorum mores imitare virorum  
 Natalemque tuum jam lætius ire jubeto,  
 Jam tua sepositis pertentent gaudia curis.  
 Pectora lætitiæ, præsens occasio poscit  
 Lætitiæ precibus misce, persolvere dignas  
 Conservatori grates memor esto Jehovæ  
 Indultu cujus præsentem cernere lucem  
 Et celebrare tibi licet illum corditus ora  
 Conjunctis & nos votis orabimus illum  
 Faxit is ut vestri natales festa recurrant  
 Sæpius, ac rigidam Lachesi (ne stammina rumpat  
 Vitæ, nec lædat, sit opus quo Pæonis arte)  
 Compescat quodvis (ut verbo proloquar uno)

A 3

Quod

1551